SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 14. bis 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35484
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ar. ueniunt. sed ea tantum que li. ar. possunt siue uel non fieri.
Sed aliter accipitur li. ar. in creatore quia in creatis
Dei eternum li. ar. dicitur eius sapientia. et omnipotentis uoluntas
que non necessitate. sed libera uoluntate facit omnia que
Aug. uult. Aug. in libro. xxii. de ciuitate dei. Certe ipse
deus nunquam peccare non potest. ideo li. ar. habere negandus est
quod dici non. Angeli uero et sancti qui iam ad malum flecti
nec uolunt nec possunt. li. ar. non carent. In quo
cumque est ratio et liberum ar. in eodem est. Multo quippe ut
Aug. ait Aug. li. arbitrium erit quod omnino non poterit seruire
peccato. Et possunt notari in homine quatuor status li. ar.
Primus status. ante peccatum. ubi nichil ad bonum impedie
bat. ad malum nichil impellebat. Tunc sine errore
ratio iudicare. et uoluntas sine difficultate bonum appe
tere naturaliter. Post peccatum uero et ante temptacionem
gracie poterat peccare. et poterat non peccare. et dampna
biliter. Tercius status post reparacionem uero ante confirmacionem
potest peccare. et potest non peccare ad mortem. propter correctionem
fomitis. propter graciam adiutricem. Non habet posse omnino non
peccare. uel non posse peccare. Post confirmacionem uero
infirmitate penitus consumpta et gracia reformata. nec
uinci poterit. nec premi. et tunc habebit non posse peccare.
nunc autem tanto liberius quanto a peccato immunius. et ad
Io. bonum promius. Io. Qui facit peccatum seruus est peccati.
Vnde preter alias penalitates pro peccato illo incurrit homo
penam incorrupcionis liberi arbitrii. et de passione. Per peccatum
namque naturalia bona corrupta sunt. et gratuita detrac
ta homini. id est naturales habilitates. ut ingenium. memori
intellectus. Hic enim est ille qui a latronibus uulneratus est. et
Aug. spoliatus in naturalibus id est gratuitis. Aug. in Enchiridio libero
ar. male utens homo. et se perdidit. et ipsum ipsius. scilicet libertatem
Erc. li. ar. dicitur hominem amisisse. non quia post peccatum non li. ar.
sed quia libertatem arbitrii perdit. Non quidem omnem. sed liber
tatem a miseria et a peccato.